

apparet. Pascit enim Christus & saturat per miraculum quinq; panibus hordeaceis, & duobus piscibus quinq; millia virorum, qui illum secuti erant, atq; ita ut saturatâ turbâ duodecim cophini fragmentorum superessent, & ut hoc miraculo homines permoti Christum Prophetam promissum agnoscerent.

ψ 84. Quapropter & nos pietati studeamus, & non deerit nobis ullum bonum.

NARRATIO.

INsigne hoc miraculum pastæ à Christo turbæ in nostram consolationem assignatum, nobis Johannes reliquit. Ex illo enim videmus, quod Christus maximopere illorum causâ, qui illum sequuntur, sollicitus sit, illisq; de cibo prospicere velit; teste Psalte. Quapropter & nobis diligenter perpendendum.

Consideremus autem:

- I. Causam impulsivam, quâ Christus permotus turbam saturaverit.
- II. Modum saturandi turbam, & edendi miraculum.
- III. Consequentia miraculum.

DE I. LOCO.

Causa impulsiva edendi miraculum
& satu-